

PRÆLECTIONES ACADEMICAS

PUBLICAS AC PRIVATAS

Per instans semestre autumno-hiemale

Deo benedicente habendas

ALMAE LUDOVICIANÆ

**RECTOR**

JUSTUS FRIDERICUS  
**DILLENIUS.**

MED. D. ETP. P. ORD.

indicit, & ad eas sedulò invisendas Ge-  
nerosos ac Nobilissimos omnium Fa-  
cultatum Studiosos peramanter  
invitat.

---

GIESSÆ-HASSORUM,

Typis VIDUÆ JOH. REINH. VULPII, Acad. Typogr.  
Anno MDCCXLVI



# INFACULTATE THEOLOG.

## JOANNES CHRISTOPH. BIELEFELD,

Prof. Theol. Prim.

**P**ublicè absolutis Textibus difficilioribus in Joanne Evangelistâ ad reliquos N. T. Libros perget, similique industriâ tum Exegesin tum etiam methodum disponendi monstrabit, juncto Exercitio Homiletico-Practico singulis septimanis. *Privatim* Lectiones Historiæ Ecclesiasticæ in Compendium Celeberrimi Rechenbergii continuabit.

## IO. HENRICVS MAIVS,

S. Theol. D. & Prof. P. Ord.

Post absolutam in publicis priuatisque recitationibus superiore semestri Oeconomiam Temporum Noui Testam. & Harmoniam quatuor Euangelistarum, per *Acta* atque *Epistolas Apostolorum* deinceps consueta methodo decurret, & non tantum ea, quae ad explicationem applicationemque verborum & rerum, totamque Theologiam Exegeticam pertinent, studiose tractabit; verum etiam Historiam Ecclesiasticam primitiuae Ecclesiae simul attinget, & *Io. Clerici* in hoc genere labores nuperrime editos conferet. *Synopsin* quoque *Theologiae Iudaicae* nuper coeptam continuabit & absoluens: si que intellexerit suam a Studiosis desiderari operam in unum alterumque Veteris Test. librum, suo non deerit studio. In *Theologia* demum *Evangelica* & *Oeconomia Indiciorum Dei in N. T.* perficienda totus erit, si vires valetudinemque Deus concesset. Praelectiones quotidie habet horā IX. matutina & IV. vespertina.

## JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

Theol. D. & Prof. Ord.

Ubi privatim nuper desit, publicè perget, necessariasque de trinâ, quae dicitur, *Hierarchia Ecclesiastica* doctrinas, per theses practi-

cas; dogmaticas &que ac morales, tradet: Privatim autem horno habitum Collegium Polemicum continuabit, aut in Celeberr. Dn. D. BUDDEI Theologiam Moralem σύντομως tractandam, novum iunctoabit: aut si aliis alia placuerint, DEO vitam hic facultatemque conservante, neque ab illorum desiderio alienus ipse erit.

**CHRISTOPH. LUDOV. SCHWARTZENBACH**  
S. Theol. Dr. ejusdemque Prof. Ordin.

Summo Trinuno DEO sanitatem, vires atque vitam è clementia benignissimè conservaturo, Paulinam hucusque per XIV. Capita continuatam suam Theologiam prælegens absolvet; in exponendo quoque suum Δέδυμα τῆς Θεολογίας aut Cursum Theologicum, asceticis &que ac casisticis, didacticis & polemicis factum, omni diligentia perget: Item alia Collegia, pro Dnn. Auditorum arbitrio votoque, vel in August. Confessionem atque reliquos symbolicos nostros libros omnino conferendos, Academicis etiam Statutis nostris, è firmissima obligatione cum exhibiti Reyersūs, officii tum atque fidelitatis Juramenti solennissimè præstati, conformiter exactè, veruntamen absque strepitu, tuendos, ut in arcano fidei sibi bene conscius existat, urgentibus ubique pietatem argumentis minimè negligendis, adaperiet.

**IN FACULTATE JURIDICA,**  
**BERNH. LUDOV. MOLLENBEC,**  
Consil. Hass. Darmst. Acad. Cancellarius & Prof.

Primarius.

PUBLICè circa horam pomerid. III. selectas juris Publici controversias tractabit, privatim Pandectas docebit, & novum ad jus Publicum Collegium instituet.

**MELCH. DETHMARUS GROLMAN,**  
J. C. Consil. Hass. Darmstad. & Prof. Jur. Ord.

PUBLICè explicationem Constit. Carol. continuabit, privatim, Colleg. Institut. Digestorum Explicatorio Disputatorium & J. Can. aperiet, solida ubique fundamenta, nec non verum Iprud. usum præsticium, in qualibet materia demonstratus.

## LUCAS KRANEZ/

Confiliarius Hassiacus, & Prof. Juris Ordinarius.

**I**N publicis Institutionum juris prælectionibus omni diligentia perget, privatim autem prout è re Generos. ac Nobiliss. Dominorum Commilitonum fuerit, ipsis eorumque Studiis indefessè subserviet.

## IMMANUEL WEBER/ J. UD.

Consiliar. Hasso-Darmstadinus, Jurium Prof. Publ. Ordin.

**P**ublicè, locò Regularum Juris, Paroemias Juridicas explanabit. **P**rivatim perget in Collegiis ad Institutiones, Pandectas, & ad Grotium, de J. B. & P. Novum etiam ad Institutiones aperiet; & si quæ porrò ab eo désiderarint, pro virili Da. Studiofis se promptum paramque exhibebit.

## JOH. HENRICUS MOLLENBECKIUS,

J. U. D. Prof. Extraord.

**I**N publicis Lectionibus bora octava ad nonam Cujacii paratilia Dægestorum explicabit. In privatis Lectionibus Institutiones Justinianæ interpretabitur, nec defuturus in aliis qnæ ad Dominorum Commilitonum utilitatem pertinere deprehendet.

## IN FACULTATE MEDICA.

### JOH. CHRISTOPH. HERTIUS,

Med. D. hujusque Prof. & Archiatrer Hasso-Darmstad.  
Primar.

**U**bi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non decerit, si quacunque ratione Philiatrorum conatus promovere posserit.

### JUSTUS FRIDERICUS DILLENIUS,

Med. D. Doctor Medicus & P. P. Ordin.

**P**ramissam hornd doctrinam usumque *Purgantium*, simulatque molestissimum Academiæ Rectoratum bono cum Deo deposuerit, prælectionib[us] publicis ex professo explanabit. **P**rivatas autem operas votis ac desideriis ingenuorum Philiatrorum ex omni Medicinæ parte Professioni suæ congrua unicè consecrabit.

D. MI-

(5)

## D. MICHAEL BERNHARD. VALENTINI,

*Archiat. & PP. Ord. Fac. Med. p. t. Decanus*

**A**bsolutis propediem medicamentis specificis publicè hora II. post merid. in aphor. Hippocrat. 31. Sect. 3 de Morbis Senum B.C.D. commentabitur. Privatis autem horis totius Medicina conspectum in tabula quadam mnemonicā ita sifter, ut Candidati Medicinæ in examinib[us] exantlandis omnium facilimè recordari prompteque respondere valeant.

## D. JO. CASIMIR. HERTIUS.

*P.P. & Medicus aulicus Darmstadinus.*

**P**ublicè hora pomer. III. Collegium Chirurgicum aperiet Barbettiæni Opusculi in eo ductum secuturus. Privatas vero horas anatomicas denuò exercitiis atque laboribus impendet.

## GEORGIUS CHRISTOPH. MÖGLENGER

*Phil. & Med. D. hujusque Professor Extraord.*

**P**rolectores Dnn. Philiatros in Pathologicis, Candidatos cum primis in Praxi ad lectum agroti exercebit; Tirones vero in Theoretica Medicine Partibus ordine & methodo haec tenus sibi consueta sedulo instruere perger.

## IO. MELCHIOR VERDRIES, D.

*Profess. Medic. Extraordin.*

**P**ublice, hora I. pomerid. Methodum medendi cum cattelis Practicis exponet. Privatim desideriis Dn. Dn. Auditorum velificabitur, & si ita visum fuerit, Materiam medicam dijudicare, feligere, preparare, subjuncto semper præparandi fundamento, docebit.

---

## IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

### MICHAEL BERNHARDUS VALENTINI,

*Philos. Experim. PP. Ord. & Soc. Reg. Lond. Colleg.*

**P**ublice historiam animalium anatomicam tradet, suppleturus, quæ in Regio Opere Pariseus & Zootomiis Severini atque Blasii desiderari

decrevi poterant. Privatum *Collegium Physico-Oeconomicum*, hactenus inter desiderata habitum, eā methodo aperiet, ut præviā historiā literariā scriptorum oeconomicorum insignem usum Philosophiæ Experimentalis per omnes oeconomiae partēs, georgicam sc. bucolicam, veterinariam &c. ob oculos positurus sit.

## JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS, J. U. Doct. & Prof. Civil. Ordin.

**P**riuatum doctrinam civilem in B. Cancell. Hertii *Elementa prudentiae Civilis* vel aphorismos suos ex integro tractabit. Publicè vero *Regum Hebraeorum dicta & facta* exponet, & ubique bonum vel publicum vel privatum Dominorum Studiosorum augere poterit, nihil intermitte.

## JOH. CHRISTIANVS LANGIVS, Prim. & Rationalis Philosoph. P.P. Ordin.

**P**UBLICE B.C.D. perrecturus est in exponendis *Philosophiae organicae recentioris capitibus selectis*; quibus absolutis etiam ad *Theologiae naturalis & Pneumatologiae* tradenda fundamenta se conuertet: **PRIVATIM** praelectiones in *Logicis & Ontologicis* fundamentales, ad Tabb. B. Rudrauffi hucusque cum fructu institutas, denuo inchoabit, & semestrali cursus absoluet: non defuturus, si, ad finem nuper perducto *Collegio disputatorio*, possit quoque *aliis modis* commoda Honoratiss. DNN, Commilitonum promouere.

## IMMANUEL WEBER/ J.U.D. Historiarum Profess. Publ. Ordin.

**P**UBLICE in Paroemiis historicis exponendis perget: *Privatum* autem die *Deutsch-Europäische Staats-Historie*, quæ denuò, & quidem cum continuatione vsque ad tempora Augustissimi LEO-POLDI, in lucem prodūc, discursibus jucundis pariter atque curiosis illustrabit.

MAT-

MATTHIAS NICOLAVS KORTHOLT,  
Eloqu. & Poët. Profess. Ordin. Academ. Bibliothecae  
Praefectus,

**D**EO iuuante hora matutina VIII. in explanandis Vossii Partitionibus oratoriis methodo ad usum epistolicum & oratorium accommodata publice perget, cum hoc labore Collegium stili priuatum, praemissò praeceptorum netuo assiduis exercitationibus destinandum, more solito coniuncturus. Neque deerit introductionem ad facundiam ciuilem, latinam & germanicam hodiernam, expertentibus exempla simul meliora & illustria argumenta cum elaboraturis in hoc genere DN. Auditoribus communicando. Quid in Pp̄si & notitia literaria proinouenda praestiturus sit, singulari programmate indicabit.

IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Math. P.P. & Ord.

**I**N suis lectionibus publicis *Elementa Euclidis* explicabit, eaque nouis subinde augmentis & usibus illustrabit. Priuatum omnium non solum Scientiarum Mathematicarum principia denuo explicanda resumeret, sed ex tempore ratione cum magis exercitatis ad Algebraam & calculus infinitesimalem perget, nec reliquis Generosis Dn. Commilitonibus in Architectura militari vel partibus aliis suam denegabit operam.

IO. HENRICVS MAIVS, F.

Antiquitatum & linguae Graecae orientaliumque P.P.

**P**ublice hora pomeridiana III. epistolas Petrinas, Ioanneas & Apocalypsin, Philologicis animaduersionibus illustrabit: priuatum ex antiquitatibus, vel Atticas Bosii, vel Ebraicas Goodwini, vel Romanas Nieupoorti exponet; ex linguis autem orientalibus eam docebit quam discentium maior numerus desiderauerit.

## IO. MELCHIOR VERDRIES, D.

*Phyfic. P.P. Ord.*

PUblice, hora pomerid. I, Historiam animalium ad finem perducet. Postea Vsum Philosophiae Naturalis per disciplinas reliquas & facultates latius se diffudentem sive cumulateque commemorabit. Privatim Institutiones Physicas denuo occipiet, vel descriptionem Globi Terr-Aqu-Aerii physicam tradet; vel etiam Nobiliss. Dn. Dn. Commilitones ad altiora, si concupuerint, methodo acutissimis Mathematicis familiariori, manuducet.

## JOANNES GOTTFRIDVS MEIER,

J. V. L. & Moralium P.P. Ordin.

PUBLICE in Rem litterariam Moralem tam Veterum, quam Recentiorum A. introduxit, atque nunc in exponenda *Moralis Doctrina*, juxta Celeberrimi BVDDEI elementa, hora II. postmeridiem occupatus est, quam absolutam denuo propinabit. PRIVATIM ea quae in *Pufendorfiano Collegio*, ex Jurisprudentia Universali restant, hora IV. propediem absolvet, idem posthac de novo exorsurus: ut & *Historiam juris*, scitu maxime necessariam, singulis Mercurii & Sabbathi diebus, hora XI. explicabit; in PRIVATISSIMIS autem Juris Naturalis & Publici, indefesse perget. De reliquo desideriis Generos. ac Nobiliss. Dnn. Studiosorum totum i.e concedens,

